



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Præfatio Avctoris De modo legendi hoc Opusculum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V

O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

P R I M V M

D E R E C T E T R A D V C E N D A A D O L E S C E N T I A

(In statu Seculari, & in quouis alio.)

P R Æ F A T I O A V C T O R I S

De modo legendi hoc Opusculum.



T hoc cum fructu legatur Opusculum, legendum est valde lentè, sine vlla festinatione, duas ob causas. Primum, quia ij adolefcentes ad quos iuandos scriptum est, sunt vt plurimum rerum diuinarum ignari, rebusque distracti sæculi: idèd nisi veluti pedetentim procedant in lectione illius, non penetrabunt intimè ea quæ commendantur in illo. Et quamuis penetrarent aliqua, non diu illa residebunt in animo, sed ferè euanescent sub lectionis finem. Deinde res in hoc Opusculo tractatæ, partim vitandæ ab eius lectoribus, partim exequendæ, sunt carni & sanguini difficiles, præsertim in ijs, (quorum maior est numerus) qui diuturnâ cõsuetudine deprauatis moribus imbuti sunt, vel magnas sentiunt in vitâ improbâ iam emendatâ, pugnas aut velitationes hostium, tum hominum, tum dæmonum. Quocirca, nisi contraria antidota in hoc tradita Opusculo, menti profundè imprimant, ac seriâ consideratione & veluti ruminacione statim adiunctâ mandant, parùm vel nihil emolumentum ex hac lectione percipient. Eandem ob causam, præter lentam huius Opusculi lectionem, post singulas periodos lectas subistat lector paululùm, & non pergat ad aliam legendam periodum, sed consideret, an & quàm verum sit id, quod in lecta immediatè sententiâ, vel consilio illâ periodo proposito, dictum est: & quantum opere sit necessariò exequendum id, quod in ea suadetur. Quod si non apparuerit veritas & vtilitas ac necessitas rei hoc modo lectæ, nisi legatur subsequens periodus, legat subsequentem: & postquam agnouerit ex hac lectione prioris veritatem, vtilitatem ac necessitatem consilij sat esse ostensam, interrumpat tantisper lectionem, & piâ consideratione ac cunctabundâ, hoc ipsum altiùs menti & memoriæ infigat, coneturque ad inflectendam illâ rei ponderatione voluntatem: vt id quod ibi suadetur, citò & diligenter ac integrè Deo adiuuante persiciat. Sanè si Plutarchus monet Ethnicos, vt lectionem Philosophorum & Historicorum ac Poëtarum, ad morum emendationem dirigant, quantò magis id ijs necessarium est Christianis, qui vel laqueis irretiti sæculi, ad libertatem aspirant religiosæ felicitatis in statu religioso capessendam, vel inueteratis onusti peccatis, eorum iugum excutere conantur? *Quid enim, inquit S. Bernardus, facit oleum in vasis, si non sentias & in membris? quid tibi prodest pium Saluatoris (seu virtutis exercendæ ac fugiendi vitij) nomen lectita-*

A

re

Ambr. l. 1.
Offic. 2.0.
Hier. ep.
22. & 41.
Aug. l. 111.
de temp.
Climac.
gr. 27. Ili-
dor. H. sp.
lib. 3. sent.
cap. 7.

re in libris, nec habere pietatem in moribus? Denique cum librorum spiritualium lectionem SS. Patres appellent, Dei nos alloquentis sermonem, necesse est, Deum nos alloquentem sine festinatione audire, & ea quæ pro bono animæ nostræ suggerit consilia, lentâ consideratione perpendere, mentique sensim instillare, ac deinde verbis & factis exequi. Porro, si quis tantis sit obrutus negotijs, vt aliud ei tempus non suppetat legendi hoc Opusculum, potest illud etiam in Templo legere, quia pium & spirituale est, retrahens à vitijs, & ad studia excitans virtutis. Legat autem hoc animo, vt in cognitione rerum Deo acceptarum proficiat, eiusque voluntati morem gerat, tum fugiendò ea quæ illi displicent, tum amplectendò quæ magnopere placent. Erit enim talis lectio, vera & sacra meditatio, non minus Templis quàm ædibus priuatis conueniens, & Deo valdè accepta, quippe ad eius indagandam & exequendam voluntatem, instituta. Oppauia in Silesia Anno 1642.

I N D E X C A P I T V M H V I V S O P V S C V L I.



Roemium.

pag. 1.

Tres causa ob quas magnifici-
cienda est vocatio ad statum
religiosum: satisfactio pro
peccatis commissis, assecuratio & spes
certa salutis. CAP. I.

Tres alia causa, ob quas valdè estimanda est
vocatio ad Religionem, nimirum, quod
talis vocatio, Dei sit inspiratio: & quæ
uis non esset, Religio tamen amplectenda
est, ad euitanda certa salutis pericula, &
quia status eius est melior & securior.

CAP. II.

Dua alia causa, magnificiende vocationis
ad Religionem, quia eligenda est, etiam si
demon ad id excitaret, & quia in ea, om-
nia peccata quoad penas, instar Bapti-
smi remittuntur. CAP. III.

Magnificandus est status Religiosus, quia
Martyrio equiparatur. CAP. IV.

Ob innumeros thesauros meritorum & co-
ronarum in caelo, magnificandus est
status Religionis. CAP. V.

Octo causa magnificiendi statum Religio-
sum à S. Bernardo allata: scilicet, quia
homo in Religione vsuit purius, cadit ra-
rius, surgit velocius, incedit cautiùs, ir-
roratur frequentius, quiescit securius,
moritur confidentius, purgatur citius,
remuneratur copiosius. Præterea quia
Deus per aduersitates cõpellit aliquos ad
statum Religiosum, & quia in eo præcla-
rum offertur Deo sacrificium. CAP. VI.

Quomodo se debeat disponere ad ingres-

sum in Religionem, is, qui ad eam voca-
tur à Deo. CAP. VII.

De quinque motiuis abstinendi ab omni pec-
cato mortali, quia per hoc expellitur ex
anima Deus, amittitur ius ad vitam eter-
nam, conspurcatur anima magis quàm
corpus omnibus sordibus & seditatis
abus abominandis, & fit diaboli manci-
pium. CAP. VIII.

De alijs nouem motiuis ad vitanda peccata
mortalia: quia per hec homo Deum repu-
diat & dat materiam diabolo, vt expro-
bret Deo, quod ille plurius fiat quàm
Deus: & quia peccatum mortale peius est
inferno, & diabolo, & hominem reddit
viliorem bestijs, & causa est eterna dā-
nationis, & omnium calamitatum hu-
ius vite, & infinitam in se malitiam
continet, & summè odiosum hominem
Deo reddit. CAP. IX.

Multitudo peccatorum grauium in seculo
commissorum, non debet retrahere pec-
catorem ab ingressu in Religionem.
CAP. X.

Declinanda via conducentes ad peccata
mortalia: scilicet, conuersatio cū personis
malis, aspectus curiosus pulchrarum fa-
cierum, lectio librorum obscena & ve-
neria tractantium. CAP. XI.

Alia quoque via conducentes ad peccata
mortalia declinanda sunt, otium & fre-
quentia peccatorum venialium delibe-
ratè commissorum. CAP. XII.

Cõuersationes periculosa, & sermones in ho-
nesta